

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Predestinatio siue prouidencia diuina e
cum uariis

Sicut tu quedam que fecisti meministi, nec tamen que meministi omnia fecisti, ita Deus omnia quorum ipse est actor prescit, nec tamen omnium que prescit ipse actor est. Quorum autem non est malus actor, iustus est ultor.

Augustinus libro III. de libero arbitrio.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

omnia *om.* C; quorum...est *om.* C; malus] in aliis M, malis P V¹ V² L¹ L²; III. *om.* L²